

Informatio humillima super Officio Advocatialis Maria-
burgensi.

1. Officium Advocatiale hactenus Jurisdictionem habuit tam
in Civilibus quam Criminalibus causis. In Civilibus ex-
ceptis causis Fundos concernentibus, ab immemorabili tempo-
re prima semper instantia, altera instantia apud Domnum
Oeconomum, qui cum Dno Vice-Oekonomo pro tona persona sem-
per reuocatur, tertia deniq; instantia per appellationem
apud Sam. Sam. Altem fuit.
2. Officij Advocatialis ex primævâ Oeconomia fundatione ta-
lis constitutio extitit, ut Advocatus Præses et Jurati utri-
usq; Insule assessores essent, idq; Serenissimorum Regum con-
firmatione factâ, in viridi observantia, etiam priori bello et
posteo tempore Induciarum, sub Serenissimo Electore Brande-
burgico ad hæc usq; tempora semper observatum fuit.
3. Sculteti utriusq; Insule Mariaburgens' Officio Advocatiali
quodam officia sua Scultetialia, iuxta præscriptam ab antiquis
Formulam, iuramenta præstare tenentur, se S. H. Mti
atq; Archi Mariaburgensi fideles futuros, et si quid noxium
Archi Mariaburgens' aut Præfectis ejusdem, resciverint, id ipsorum
Advocato et Præfectis indicaturos.
4. In eodem iuramento simul Sculteti obligantur, ut excessus
omnes, in pagis suis commissos quilibet eorum, ne delicta mane-
ant impunita, Advocato deferant, quibus ex poenis certa sua
portio debetur.
5. Advocati Officium est, quotannis tempore messis per suos de-
putatos omnes pagos utriusq; Insule suscitare, et iuxta anti-
quissimam consuetudinem, super instrumentis tempore confla-
grationis necessarijs, quæ instrumenta rusticis sub certa oec-
na semper prompta et parata habere tenentur, revidere.

6. Obductiones omnes vulnerum per Chirurgum Officii Aduoca-
tialis ordinariū fieri et Officio Aduocatiāli in scriptis offer-
ri solent. Obductiones præterea in causis fundas spectantibus
Officiū Aduocatiāle per Scultetos expedire ab antiquo te-
netur.

7. Præter causas criminales, istæ omnes ac singulæ ad Officiū
Aduocatiāle à prima ejusdem fundatione, semper spectarunt,
cujus Decretum approbationi vel retractationi Dni Deconomi
subiectum fuit.

Ex quibus omnibus facile colligi poterit, Officiū Aduocatiāle,
legitimum esse Iudicium, totum hominem requirere et Præsidem
ejusdem, si virum bonum agere et conscientia sua rationem
habere velit non sine maximo labore cui unq̄ vix sufficiens
est, iustitiam administrare et Officio suo satisfacere posse.

ca.
Per.
bus
te.

m
nt,
ni

le
emo
rem
iens
pe.

Bony.